Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36446
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift

heulabit

Tunc & filia gallim quae hebraice dicitur · beth gallim · ta heulent · ut equorum arbitreris hinnitum ·, Unde ô laisa · & pauperula uel oboediens · siue humilis anachoth · Tribus enim modis interpretari potest · diligenter adtende · & deliberate · currentes impetum spiritus · migrate ut enim iam de sedibus suis urbes medemena ·, Uos autem qui habitatis in collibus · quae interpretatur gebim · uel locorum altitudine · consistamini id est armaco rripite ·, Adhuc tantum superest diei · ut stans in oppidulo nobis · & peculiaris urbem conspiciens hierusalem agitare manum suam · atque concutere super montem sion · uel despiciens eam · atque contemnens · uel salutans & comminans · & admirans · quod toto sibi oriente subiecto · tam parua ciuitas potentiae suae audeat repugnare ·, haec iuxta hebreos ut nobis ab eis traditum est · breui sermone perstrinximus ·, Nunc quid iuxta LXX editionem ecclesiastici uiri · de hoc loco sentiant · subiciamus ·, Cum iugum assyrii sicut quidam male arbitrantur babylonii ablatum fuerit de humeris suis atque corruptum · fugiens assyrius sennacherib cum paucis reliquis · uenit in aggai · quae in hebraico non habetur · & tantae erit fugientis trepidatio · ut ibi manere non audeat · sed transibit in mageddo · quam ipsa scriptura non continet · Et quia sarcinis praepeditus uelocius fugere non poterit · deponet uasa sua · in machmis · & quid conceptum transibit uallem · quam ipsam hebraeus sermo non resonat · & rursum uenit in aggai · quae bis in hoc loco ponitur & in hebraico non habetur ·, Ad sonitum fugientis non tremescet · prima ciuitas saul · quod speciuae falsum est · Ciuitas enim saul appellatur gabee · ut in hebraico continetur · Deinde uenit in gallim · audite laisa · audite anachoth · Contremiscite medemena · habitatores autem gebim & colles qui sunt in hierusalem · id est excelsi quique uiri · puocantur ad consolandam hierusalem · Non longo post tempore · sed in praesentiarum · & eadem die diminuia est assyrius ut maneant in locis suis · & perturbatum more nequaquam fugiant ·, hoc iuxta litteram · clerum quidam in isto loco cum falsorum nominum · Iuxta LXX · ET O MORIAC · inuenire non possit · nec

ethimologiae

ethimologiae

in libro hebraicorum repperire potuisse testatur · Mittit nos ad incestum ut dicat ·, In extremo mundi tempore · & in consummatione huius saeculi · Imminentibus poenis · sensum magnum principem assyriorum · id est fugitiuum ·